

XXXI. millia, ex quibus quindecim millia in Palatio Constantopolitano, & sedecim millia in Archivo Ecclesiæ deportavit. Hæc tamen non unius, sed plurium annorum redditus fuisse, credo.

V. Hinc etiam Ecclesia Ravennatis Clerum agnoscimus constantem ex novem Presbyteris, Diaconibus undecim, Subdiaconibus quinque, Acolytis undecim, Lectoribus duodecim, Cantoribus quatuor, Decanis duobus, Defensori uno, Notario defensore uno, Primicerio defensore uno, & Horreario uno. Licit autem credam non omnes, qui in Canone descripti fuerant Romani ivisse, & consequenter agnoscam præter hos, & alios existuisse plures, cuiuslibet tamen ordinis profectos existimo. Notarios plures fuisse ex ipso Felicis Constitutione manifestum fit, qui ex eo quod diversis temporibus descripsi fuissent in cera, sive matricula, Primicerius dicebantur, Secundicerius, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus. Hos ad Laicorum Ecclesiæ inservientium classem spectasse & alias constat (qua de re videndum Thomafinus loco laudato) & aperiè colligitur ex hoc eodem Decreto, ubi cavetur ne relinquantur bona Ecclesiastica in manibus hominum secularis conversationis, postquam datum est Notariis bujusmodi exhiberi sine immunitatione commoda sibi, vel prioribus suis antiquitus deputata. Ex Clericorum tamen ordine habemus Notarium Majoranum, qui & Defensor dicitur, & in Romana Ecclesiæ, sicut & alibi ex Clericis Notarios assumptos sentit Duchangius in Glossario Latinatus. Idem eruditè explicat Defensorum munus, quorum hic tres habemus, inter quos antiquior, sive Primicerius. Decanos hic binos in inferiori Clero, & ferè postremo loco recentissimi legimus. Officium itaque Decani aeo isto toto calo diversum fuit à posteriorum seculorum munere Decani, qui in Canonice, seu Collegiatæ Ecclesiæ id fuit, quod Prior in Monasteriis. Ea de re Duchangius idem, qui in Glossario Græcitatis ex Codice Alatiano agnoscit Decanos inter minores Officiales Ecclesiæ, quorum minus sic descriptur; è Decario rāo nō iugis è rois episcopis autē diaconi, & ruris è Decario ita nārō nō iugis è nō avī diaconi, xiiii p̄t̄p̄m̄ta. Addit deftissimus Author, illius igitur, Decani videlicet, munus est, ut Sacerdotes nominati advocet, cum pluia, seu portulas suas accepturi sunt; & hoc ipsum munus fuisse Decanorum in Ecclesia Ravennati arbitror, quod infino hic loco in Canone recensentur. Ita Ravennas Ecclesia in pluribus græcizasse videtur. Ante Decanos Horrearius etiam locum habet, de quo nullib[us] quidpiam me legisse memini. Ex nomine autem videtur innui bujusmodi Viro publici frumenti curam traditam, quod & Clero, & Pauperibus dividetur, aut dividetur. Hoc officium Ravennatis Ecclesiæ peculiare fortasse fuit, quod singens frumenti vix ex Sicilia fundis capiebatur, de qua nonnihil infra ex Mauri Archiepiscopi vita delibabimus. Ex tota autem Cleri Ravennatis serie hic descripta appetit Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi. A olyti, Lectoriisque nomina dignitatem esse, cetera vero officium quodpiam significare.

VI. Quod spectat ad reddituum ex Ravennatis Ecclesiæ Patrimonio quartam partem, quam Pontifex decernit solitus erogationibus Clericis omnibus, vel quibus erogari erat solitum, complerit: id factum juxta Gelasiu Romanii Pontificis epist. ad Ep. Sopon Lucania, in qua prescribitur universos Ecclesiæ redditus in quatuor dividendi partes, quarum unam Episcopū sibi retinebant, alteram Clerici pro officiorum suorum sedulitate obtinebant, tertia fabricis, quarta pauperibus, & peregrinis erogabatur. Distinguit hic autem Felix tria aliorum reddituum Ecclesiastico-

A rum genera, unum eorum, quæ expensionibus, & hæreditatibus accedebant supra consuetos, & hæc quartæ Clericorum adjicienda jubet, & distribuenda juxta uniuscujusque meritum, ac laborem; secundum eorum, quæ ex prædis de novo Ecclesiæ aquitatis trahi continebat, & hæc decernit suura Episcopi, quibus is uteretur in familiaribus expensis, vel in exenziis, conviviisque hospitibus praestans pro loci sui dignitate, & eorum quibus hæc parabantur merito, ac qualitate; tertium denique complectebatur prædia urbana, vel rustica, vel mobilia pro anima sua mercede à fidelibus nominatim diversis Basiliis derelicta; circa quæ nō novi statut, sed servandam antiquam consuetudinem decernit, accedebant enim reliqua Ecclesiæ Patrimonio. Ex his autem, & ex modis dicendis puto manifestum fieri jam tum, cum hæc agebantur, recessum à veteri disciplina rigore, quem servatum voluerit Ecclesiæ, & cum olim cunctæ Episcopi nutu fierent, qui ex Ecclesiæ redditibus Presbyteris, Diaconibus, & Clericis communis, domoque uenibus, quod necessarium, decensque erat ad Archipresbyterum, & Archidiaconum erogabat, paulatim irreperitur, ut certa pecunia, rerumque portio per eosdem singulis pro merito, pro officiis gradu, ceteraque circumstantiis, eidem daretur, cui Gelasius Pontifex certum modum prescripsit, juxta quem Felix IV. Ravennatis Clericis composuerit. Hinc haud una Ecclesiæ omnium consuetudo, licet communior fuerit Gelasiana, quam ali à S. Iusti Papa tempore trahunt; etenim dimidium reddituum Episcopo, dimidium Clero tribuitur à Concilio Aurelianensi relatò à Gratiano 10. q. 1. Antiquos Canones. Concilium Emeritense Can. 14. tertiam Episcopo, tertium Presbyteris, & Diaconibus assignat, tercia autem, inquit, Subdiaconibus, & Clericis tribuatur, ut à Primicerio, juxta quod in Officio eos prædicti esse intentos, ita singulis dilpenletur. Quod indicat non vita communis rigorem servatum, sed à singulis rem privatam curatam fuisse, quumvis redditus omnes primo in unum Saccum confluenter. Erogationes haec dicitur etiam Clericorum sportula, & Clericorum se pendia in Synodi Hispanie sexti seculi, unde paulatim strata via est ad Fundorum Ecclesiasticorum divisionem, quorum singuli singulis Clericis pro dignitatis, & officiis gradu, in beneficium sunt dati ab Episcopis, cuius rei in Ecclesia Ravennati initia ex hac ipso Felicis IV. Epistola, seu Constitutione videtur est, ubi statut; si quis vero de Clero prædia urbana, vel rustica ad Ecclesiæ pertinentia detinet, eidem, libellis sub iusta pensionis estimatione factis, statutum collocanda, hac ratione, quod in quo modis suis solent accipere, ipsi retineant, quod superest, Ecclesiasticis inferant compendii profuturum. Ceperant itaque jam tum nonnulli ex Clero prædia Ecclesiæ detinere. Ea in re id cavit Pontifex, quod non modò libelli nomine detinenter certo Canone soluto, sed & quod sibi ex annuis redditibus retento, quod sibi alias pro sui ordinis, & officiis modo erogatum fuisset, reliquum, in communem Saccum reponeretur. Res postmodum longius, & tandem in ejus abiti, quod ab initio contra ius fieri certum erat. Theodorus Archiepiscopus contutus est veterem consuetudinem revocare, sed Cleri Ravennatis odium in se concitavit. Cogit Archidiaconum, Archipresbyterum, & Clerum quartæ renunciare, & se providentia Episcopi committere. Id summa cum indignatione narrat Agriculus intra, ubi præmisso, quod in summa frumenti caritate is monopolio omnem regionem frumento spoliavat, aliquid; cum autem Sacerdotes don-